

EPISTOLÆ

IN MISSIS DEFUNCTORUM.

I N M I S S A
Commemoratiōnis Om-
nium Fideliū De-
functorum.

Léctio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Corinthios.

^{1.}
Cor.
^{13. g.}

FRatres, Ecce mys-
térium vobis dico:
Omnes quidem
resurgemus, sed non om-
nes immutabimur. In mo-
mento, in ictu oculi, in
novissima tuba: canet
enim tuba, & mórtui re-
surgent incorrupti: &
nos immutabimur. Opór-
tet enim corruptibile
hoc indüere incorrup-
tiōnem: & mortäle hoc
indüere immortalitatem.
Cùm autem mortäle hoc
indüerit immortalitatem,
tunc fiet sermo, qui scrip-

tus est: Absórpta est
mors in victória. Ubi est
mors victória tua? ubi
est mors stímulus tuus?
Stímulus autem mortis
peccátum est: virtus ve-
rò peccáti lex. Deo au-
tem grátias, qui dedit
nobis victóriam per Dó-
minum nostrum Jesum
Christum.

I N D I E O B I T U S
seu depositiōnis
defuncti.

Léctio Epistolæ B. Pauli
Apóstoli ad Thessalo-
nicenses.

FRatres, Nólumus
vos ignoräre de
dormiētibus, ut
non contristēmini, sicut
& céteri qui spem non
habent. Si enim credimus

^{1.}
The.
^{4. c.}

quòd

I N A N N I V E R S A R I O
Defunctorum.

Léctio libri Macha-
bæorum.

quòd Jesus mórtuus est,
& resurrexit: ita & Deus
eos, qui dormiērent per
Jesum, addücet cum eo.
Hoc enim vobis dicimus
in verbo Dómini, quia
nos qui vivimus, qui re-
sídui sumus in advēntum
Dómini, non præveniē-
mus eos, qui dormiērent.
Quóniam ipse Dóminus
in jussu, & in voce Ar-
chángeli, & in tuba Dei
descēdet de cælo: &
mórtui qui in Christo
sunt, resurgent primi.
Deíndè nos qui vivimus,
qui relínquimur, simul
rapiēmur cum illis in nú-
bibus óbviām Christo in
áëra, & sic semper cum
Dómino érimus. Itaque
consolámini invicē in
verbis istis.

IN diēbus illis: Vir for-
tíssimus Judas, fac-
ta collatiōne, duóde-
cim míllia drachmas ar-
gēnti misit Jerosólymam
offēri pro peccáti mor-
tuōrum sacrificium, be-
nè & religiósè de resur-
rectiōne cógitans, (nisi
enim eos, qui cecide-
rant, resurrectúros spe-
rāret, superfluum vide-
rētur & vanum orāre
pro mórtuis) & quia
considerābat quòd hi, qui
cum pietáte dormitiō-
nem accéperant, ópti-
mam habērent repósi-
tam grátiam. Sancta er-
go & salúbris est cogitá-
tio pro defunctis ex-
orāre, ut à peccáti sol-
vántur.

^{1.}
Mac.
^{12. g.}

Mm

IN

IN MISSIS
Quotidiânis Defunctôr.

Lectio libri Apocalyp-
sis Beati Joannis
Apóstoli.

Apoc.
14.

IN diêbus illis: Audí-
vi vocem de cœlo,
dicentem mihi: Scri-
be: Beati mórtui, qui

in Dómino moriúntur.
Amodò jam dicit Spí-
ritus, ut requiêscant à
labóribus suis: ópera
enim illórum sequúntur
illos.



EPISTOLÆ

IN PROPRIO FESTIVITATUM,
quæ in Hispânia ex Apostólica concessiõe
generáliter celebrántur.

DIE ASSIGNATA
ab Ordináriis.

In festo Beátæ Mariæ,
sub título de Gua-
dalúpe.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Ecc.
24. c

EGo quasi vitis fruc-
tificávi suavità-
tem odôris: &
flores mei fructus honô-
ris, & honestátis. Ego
mater pulchræ dilectiõ-
nis, & timôris, & agnitiõ-
nis, & sanctæ spei. In
me grátia omnis viæ, &
veritátis, in me omnis
spes vitæ, & virtûtis.
Transíte ad me omnes,
qui concupiscitis me, &
à generatiõibus meis im-
plémini. Spíritus enim
meus super mel dulcis,

& hæréditas mea super
mel, & favum. Memória
mea in generatiões sæ-
culórum. Qui edunt me,
adhuc esúrient: & qui
bibunt me, adhuc sítient.
Qui áudit me, non con-
fundêtur: & qui operán-
tur in me, non peccá-
bunt. Qui elúcidant me,
vitam ætérnam habé-
bunt.

IV. DECEMBRIS.

In festo S. Bárbaræ Virg.
& Mart. Epist. Confité-
bor, de comm. Virg. &
Mart. pag. xviii.

VIII. DECEMBRIS.

In festo Immaculátæ
Conceptiõnis Sanctíssi-
mæ Genitrícis Dei Ma-